Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



PROLOG:

239

a domino mitiorio impetrabitur
aut iniqor bonificentur. Illusores ipse
deludet. Et mansuetis dabit gratiam. Gloria
sapientes possidebunt. Stultorum exal
tatio ignominia. IIII.

Audite filii disciplinam patris
et attendite ut sciatis prudentiam.
Donum bonum tribuam vobis
legem meam nolite derelinquatis. Nam et
ego filius fui patris mei tenellus et unigenitus coram matre mea. Et docebat
me atque dicebat. Suscipiat verba mea
cor tuum custodi precepta mea et vivies.
Posside sapiam posside prudentiam ne o
blivisceris neque declines a verbis meis.
Ne dimittas eam et custodiet te. Di
lige eam et servabit te. Principium sapie
posside sapiam et in omni possessione
tua acquire prudentiam. Arripe illam
et exaltabit te. Glorificabis ab ea cum ea
fueris amplexatus. Dabit capiti tuo
ingenium gratie et corona inclita pro
tegat te. Audi fili mi et suscipe verba
mea ut multiplicentur tibi anni vite
tue. Viam sapie monstrabo tibi. De
ducam te per semitas iustitie. Cum
ingressus fueris non arctabitur gressus tui
et currens non habebis offendiculum.
Tene disciplinam ne dimittas eam custo
di illam quia ipsa est vita tua. Ne
delectis semitis impiorum nec tibi pla
ceat malorum via. Fuge ab ea et ne transeas
per illam declina et deserere eam. Non enim
dormiunt nisi mala fecerint et rapiunt
somnus abeis nisi supplantaverint.
Comedunt panem impietatis et vi
num iniquitatis bibunt. Iustorum autem
semita quasi lux splendens procedit et
crescit ad perfectam diem. Via impiorum
tenebrosa nesciunt ubi corruant. Fili
mi ausculta sermones meos et ad eloquia
mea inclina aurem tuam. Ne recedant
a oculis tuis custodi eam in medio
cordis tui. Vita enim sunt inuenientibus
eam et universe carni sanitas. Omni cus
todia serva cor tuum quia ex ipso vita pro
cedit. Remove a te os prauum et detra
hentia labia sint procul a te. Oculi tui
recta videant et palpebre tue precedant
gressus tuos. Dirige semitam pedibus
tuis et omnes vie tue firmentur. Ne de
clines ad dexteram neque ad sinistram.
Averte pedem tuum a malo. Viias enim
que ad dexteras sunt novit dominus et
prave sunt que a sinistris sunt. Ipse
autem rectos faciet cursus tuos et vias
autem tuas in pace perducet. V.

Fili mi attende sapiam meam et
prudentie inclina aurem tuam.
Vt custodias cogitationes et
disciplinam labia tua servent. Ne in
intendas fallacie mulieris. Favus enim
distillans labia meretricis et nitidius
oleo guttur eius. Novissima autem
illius amara est absinthium et acuta
est biceps gladius. Pedes eius descendunt
in mortem et ad inferos gressus illius pe
netrant. Ne semitam vite non am
bulant. Vagi sunt gressus eius et in vesti
gabiles. Nunc ergo fili mi audi me
et ne recedas a verbis oris mei. Longe
fac ab ea viam tuam et ne appropies
foribus domus eius. Ne des alienis ho
norem tuum et annos tuos crudeli. Ne
forte impleantur extranei viribus tu
is et labores tui sint in domo aliena.
Et gemas novissimis cum consumpseris
carnem tuam et corpus tuum et dicas. Cur
detestatus sum disciplinam et in cor
pacionibus non acquiescit cor meum.
Nec audivi vocem docentium me et
magistris non inclinavi aurem meam. Pene fui in omni malo in me
dio ecclesie et synagoge. Bibe aquam
de cisterna tua et fluenta puteri tui. De
riuentur fontes tui foras et in pla
teis aquas tuas diuide. Habeto
eas solus nec sint alieni participes
tui. Sit vena tua benedicta et letare
cum muliere adolescentie tue. Cer